



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &  
Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

7. Eædem aqu[a]e, eodem tempore, Aegyptijs & Israëlitis non eædem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45686**

Theodoret.  
q. 19. in Exod.

Theodoretus ait: *Cur primam aqua plagam intulit Deus? quia valde gloriabantur Aegyptij de flumine suo, & hoc, pro Deo habebant: ut, qui parem usum illis praberet, atque nubes caeli.* 4. Quoniam Aegyptij Hebraeorum infantes inclementer in Nilum projecerunt; ut ergo

Sapient. 11. 17.

sceleri poena responderet, Nilum sibi experti sunt iracundum. *Nam per qua peccat quis, per hac & torquetur.* Quare loc. cit. scribit Theodoretus, accidisse hanc plagam etiam propter pueros *Iudaorum* in Nilum demersos: *fluvius enim ille mutatus in sanguinem, velut conque- rebatur de cade puerorum, per Aegyptios commissis.* Quam causam &

S. Augustin  
in tractat. de  
conuenient.  
plag. 10. & 10.  
praeceptoru.  
Apo. 16.

S. Augustinus indicat. Poenae huius aequitas, & illius, quae à Ioanne est praedicta, iisdem possunt verbis intelligi, quibus usus est tertius Angelus, qui effudit phialam irae Dei super flumina, & super fontes aquarum, & facto sanguine, dixit: *Iustus es, Domine, qui es, & qui eras, qui hoc iudicasti: quia sanguinem Sanctorum & Prophetarum effuderunt, & sanguinem eis dedisti bibere, digni enim sunt.* Non mirum est igitur, si & alij, per eandem res puniantur, quibus Deum offenderunt; atque inde maxima detrimenta capiant, unde utilitatem inhonestam, & illicitam voluptatem perceperunt. Sauciantur, fundunt sanguinem, fundunt vitam; non querantur, cum & ipsi causa fuerint, ut ab alijs quoque sanguis & vita funderetur; discant itaque dicere: *Iustus es, Domine, qui es, & qui eras, qui hoc iudicasti.*

VII.  
Ioseph. lib. 1.  
Antiquit.

Et vide mihi iustitiam diuinam, in aquis Aegypti, relucen- tem. Eadem site puteana, siue fluuialis aqua, quae malis fuit mala, bonis bona extitit. *Amnis, inquit Iosephus, sanguineis fluentis pre- habens, ad potus inopiam eos redegit; cum, praeter aquam fluminis, nul- lum fontem habeant. Nec coloris tantum id erat vitium: sed, si qui siti coactus gustaret, confestim acri dolore corripiebatur. Erat q, talis a- qua solis Aegyptijs; Hebraeis vero dulcis, potabilis, & omnino pristinam naturam retinens.* Quod plane erat ingens miraculum. Eodem tem- pore, eodem loco hauriebant Aegyptij & Hebraei: quod illis atri coloris cruor, hoc istis limpida aqua fuit. Intelligite hinc, pecca- tores, si sic elementa dijudicant, quid facturus sit Dominus ele- mentorum.

VIII.  
S. Hieronym.  
in Isa. cap. 2.

Simile iudicium, & in alijs aquis, factum legimus. *Siloam- fontem esse, ad radices montis Sion, ait S. Hieronymus, qui non iugibus aquis,*